



APPLAUSUS VOTIVUS,  
QUO  
VIRO ILLUSTRIS, MAGNIFICO, AMPLISSIMO  
ET CONSULTISSIMO,  
DN. HENRICO LAMPE,  
JCTO EMINENTISSIMO,

QUUM  
POST ORNATAM INSIGNITER TREDECIM, ET QUOD EXCURRIT, ANNOS  
SPARTAM SENATORIAM,  
ATQUE ADMINISTRATA EGREGIE MULTA GRAVISSIMA MUNERA,  
PERINCLYTÆ REIPUBLICÆ BREMENSIS DESIGNARETUR  
CONSUL,

ET DIE XIV. DECEMB. ANNI MDCCXLV. PUBLICE AC SOLEMNITER INITIARETUR,

*Simulque PRÆSIDII Ejus attollerentur primi Fasces,*

SUMMUM HOC HONORIS GRATULABATUR FASTIGIUM

ILLUSTRIS SCHOLA PATRIA

CALAMO

HENRICI HEISEN,

LAMPADA LAMPIADÆ, quæ non præstantior alter,  
Tradere RHEDENIUM facta DEOSQUE JOBENT.  
Fulgida VIR, dudum meritis virtutisque LAMPAS  
HIC fuit, & nunquam nomen inane tulit.  
Adspice, quas tabulas præscriptum tabularia servant:  
Quod secretæ manus scripsit, id omne micat.

Qui mira cæni mores gravitate coruscant,  
Illis asperitas, & tumor omnis abest.  
Qui placido vultu inter, inestque modesto,  
Quamvis tacitas PRÆSIDI, curia iusta dabit.  
Quantum circumspicimus termino! Quam nulla decorum,  
Nulla fidem ledens ore loquela cadit.  
Desine, virtutum Pietas regnum, moveri.

SPARTANAM  
ATQUE ADMINISTRATA EGREGIE MULTA GRAVISSIMA MUNERA.  
PERINCLYTÆ REIPUBLICÆ BREMENSIS DESIGNARETUR  
CONSUL,

ET DIE XIV. DECEMB. ANNI MDCCXLV. PUBLICE AC SOLEMNITER INITIARETUR.

Simulque PRÆSIDII Eius attollerentur primi Tituli.

SUMMUM HOC HONORIS GRATULABATUR FASTIGIUM

ILLUSTRI SCHOLÆ PATRIÆ

illis dignis & iustis

**L** Tradere RHEDENIUM fata DEUSque jubent.  
Fulgida VIR dudum meritis virtuteque LAMPAS  
HIC fuit, & nunquam nomen inane tulit.  
Adspice, quas tabulas Procerum tabularia servant:  
Quod SECRETA manus scripsit, id omne micat.  
Quin, sejuncta minus tua si lux lumina stringit,  
Hac Face quam rutillet CURIA celsa, vide.  
Litibus implicitus scopulos tenet inter acutos  
Ancipitem cursum, saxaque cæca timet.  
Sed Pharos hæc multam præbet conspecta salutem,  
Et tutum navi lucida monstrat iter.  
Lustrat & illustrat sinuosa volumina Juris,  
Et tectas retegat clara Lucerna strophas.  
Patria quum tenebris jacet Urbs ac obruta luctu,  
Hoc refovet fessam lætificatque Jubar.  
Quam nec luxurians splendet, nec sordida vita!  
Illa refert Curios, hæc Ciceronis \* erat.

Qui placido vultu nitet, incessuque modesto,  
Quam, factus PRÆSES, mitia jussa dabit?  
Quam circumspectus sermo! Quam nulla decorum,  
Nulla fidem lædens ore loquela cadit!  
Desine, virtutum Pietas regina, moveri:  
De populi Ducibus desine, Sancta, queri.  
Hic tuus haud temeratur honos: nova semper honori  
Hæc addicta tuo SELLA CURULIS erit.  
Quo magis, alme DEUS, pingui, fac, LAMPAS abundet,  
Quam tua succendit dextra, liquore, precor.  
RHEDENIO succedit; & uno jam præit anno  
RHEDENIUM: multis porro præire velis.  
Ante diu nostris Mens fulgentissima rebus  
Præsit, quam corpus nigra reposeat humus!  
Ante diu terris, quam, ceu phœbeia Lampas,  
Cœlestis radiet perpes in arce Patris!

\* Plutarchus Cicero p. m. 864. E. Suis se Cicero facultatibus liberaliter & frugaliter toleravit cum familiaribus Græcis, & civibus literarum cultoribus. Et  
ibid. p. 879. Proconsul Cilicie Cicero probos & doctos viros in dies convivio excepit, non sumptuose, sed liberaliter.

BREMÆ,  
TYPIS VIDUÆ B. HERM. CHRIST. JANI, QUONDAM ILLUSTRIS GYMNASII TYPOGRAPHI,

